

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Ivramentvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

pectare debent. His tamen Reum citare, aut constituere, aut in eum sententiam ferre, aut illum vllâ Iuris pœna afficere omnino interdicitur. P. Bouer, *cit. c. 6.* & P. Philip q. 7. *ex nostro Modo procedendi.*

Quid possint nostri Superiores in causis ad S. Officium spectantibus, videatur Decretum S. Congreg. relatum *V. absolutio quoad FF. n. 16.* Plura alia huc facientia *V. Dispensatio. V. Prælati. V. Prouincialis. V. Pœna. V. Viscator.*

IURAMENTVM.

267. Iuramentum est Inuocatio Diuini Nominis in testimonium. De presenti vel præterito, dicitur assertorium; de futuro, promissorium.
268. Iuramentum quis relaxare possit?
269. Iuramenta reseruata Papa.
270. Iuramentum fauore alterius præstitum cessat remissione partis.
271. Iuramentum iustum acceptatum, num tolli possit à Papa?
272. Iuramentum subditorum tollitur irritatione Superiorum.
273. Regulares irritare iuramenta Secularium nequeunt.
274. Cessat etiam iuramenti obligatio mutata materia & Commutatione.

275. *Iuramentum falsum in iudicio Regulari casus reservatus.*

267. **I**uramentum est Inuocatio Diuini Nominis in testimonium. D. Thom. 2. 2. q. 89. a. 1. Quod si fiat ad confirmandum Dignum de presenti aut præterito, dicitur *Iuramentum assertorium*; si de futuro, *Promissorium*. Istud vel fit in honorem seu cultum Dei, vel in fauorem hominis.

268. Iuramentum quo aliquid promittitur Deo causâ Religionis aut pietatis, idem est quod Votum iuramento firmatum, quod relaxare potest, quisquis in votis dispensandi seu commutandi facultatem habet, vti sunt Papa & Episcopi, alijque Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos. In sæculares etiam ex privilegio (vide V. Irregular. a. 260. de Sixt. 4. & V. Votum.) Confessarij Ordinum Mendicantium, præter ea quæ implicant Votum Pontifici reservatum. Possunt tamen aliquando hæc iuramenta fieri, quod nullam promissionem Deo factam involuant, sed mera sint iuramenta; quia scilicet jurans intentione caruit promittendi & offerendi Deo, sed solum per iuramentum quasi assertorium id se facturum asseuerauit, & idem in hoc casu possunt Episcopi dispensare, & consequenter Confessores Ordin,

CCLX-VII.

Iuramentum. Assertorium. Promissorium.

CCLX-VIII.

Iuramenta quæ relaxari.

din. Mendicantium. P. Bassæ. 20. 1. V. Iuramentum. 5. n. 5. & 7. P. Chassain, de Priuileg. Reg. tr. 5. c. 5. Prop. 2.

CCLXIX. 269. Aliqua tamen sunt etiam Iuramenta mera, quorum relaxatio soli Pontifici reservatur. Ea nimirum, quibus confirmantur statuta Collegiorum, Academia- rum, & bonorum Ecclesiasticorum, quando hæc statuta proueniunt à S. Pontificè. Item Iuramenta, quibus se obstringunt coram Pontifice, vel eius locum tenente, Superiores Ecclesiarum, alijque Romano Pontifici proxime subiecti. Denique quæ in rebus dubijs & maxime arduis interponuntur. Abbas in c. Quanto. n. 9. de Iureiur. Azor. Instit. Mor., p. 1. l. 11. c. 9. & alij.

CCLXX. 270. Quando Iuramentum est gratia & fauore alterius præstitum, ita ut res promissa tota cedat in Vtilitatem & fauorem hominis, constat apud omnes, cessare remissione partis, cui facta est promissio; quia illè homo, in cuius gratiam fit, cum sit Dominus materiae promissæ, potest iuri suo cedere, & rem sibi debitam condonare. Interdum fit saltem secundarid, in gratiam alicuius, qui talem obligationem expedit, sed non directè in eius vtilitatem, puta, si alicui promittas Iureiurando te Religionem ingressurum, Tunc ille cui promittitur,

dur, non potest absoluerè promittentem; quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo. Interdum autem promissorium iuramentum principaliter fit etiã Deo, siue ob honorem Dei, de præstando aliquo opere charitatis vel misericordiam ergã certam personam, seu locum aliquem pium, vt si iures virgini alicui pauperi, te illi daturũ dotem, vel certã Ecclesiã calicem: Tunc certum est te iuramento absolui, si illa beneficium respiciat, vel in gratiam eius obligationem remittat pauper, aut Ecclesiã Prepositus. Quod si promissio fiat personã pauperi vel Ecclesiã nõ certã, sed indeterminatã, tunc nullus pauper posset remittere, quia id iuramentum voti rationem induit, nec totã res promissa cedit in fauorem huius pauperis, sed vagè; huius vel illius, ac proinde nullus particularis poterit remittere: sed hoc spectat vel ad Papam, vel ad Episcopum. *Ballæ. 10. 2. V. Iuramentum. n. 13. & 38. Sancti. l. 3. Moral. c. 20. n. 7. & 8. Et l. 4. c. 41.*

271. Quando iuramentum vtrinque manifestè iustum, honestum, & vtile est, atque promissio ab eo, cui facta est, acceptata & ratata, relaxari vel tolli nequit, etiam à S. Pontifice. Nam Ecclesia non potest sine causa debita jus alteri acquisitum tollere.

Ce

Secus

CCLXXI.

Iuramentum iustum in sum acceptatum à quo relaxatur?

Secus est, antequam promissionem ratam vel acceptatam habeat, cum enim ex probabiliori sententia, nullum ius vlli vel personæ vel loco pio acquiratur ad promissiones & donationes, ipsis factas, donec acceptent, potest eo casu Episcopus dispensare aut commutare etiam absque consensu illorum, in quorum utilitatem cedunt, instar votorum, quæ in solius Dei honorem cedunt. Sanch. *cit. l. 4. n. 6. & 7.* Idem est, cum ambigitur, sitne iusta & honesta vel utilis res, quæ promittitur, vel alia causa iusta subsit, v. g. si iusurandum iniquè aut vi, dolo, metuue extorquetur, vel alia iniusticia intercessit, vt cum Usurarius exigit iuramentum de soluendo vsuras. Item quando quis in contractu grauiter læsus est, & coactus illum iuramento confirmare, vel non aduertens læsionem spontè confirmauit. Denique si bonum commune id postulet, vel is qui præstitum est, meretur eo priuari, &c. Azor. *cit. Bassæ. vbi supra, in fin.* In his ergo & similibus casibus potest iusurandum, in lucrum alterius Personæ seu loci pij emissum, Ecclesiasticâ auctoritate relaxari, quæ tamen relaxatio, vt, qui remissionem eiusmodi postulat, à solutione rei iuramento promissæ liberum in vtroque foro reddat, necessarid citanda est pars altera,

alias

aliàs nullius foret momenti. Quia in quolibet actu parti præiudiciali, pars ipsa citanda est, aliàs nihil est quod agitur. *L. Nam ita diuus. ff. de Adopt. l. fin. C. de leg. ar. hæc relaxatio extinguit omnino jus partis. Quando autem relaxatio iuramenti pro solo conscientie foro petitur, nunquam est necessaria partis aduersæ citatio: quia in eo foro, de sola, petentis relaxationem, conscientia agitur, ac proinde in eo foro dictis eius statuitur. Bassæ. 10. 2. V. Iuramentum. n. 40.*

272. Obligatio iuramenti respectu subditorum tollitur etiam irritatione factâ per Superiores quoscunque in ijs rebus, quæ ad liberam eorum administrationem vel utilitatem & commodum spectant, etiam sine causa, sicut & vota, propter potestatem dominatiuam, quam habent in subditos, v. g. Prælati in Religiosos sibi subiectos, Pater in liberos, Maritus in uxorem, &c. Quod si tales in iuramenta subditorum conferunt, non possunt amplius sine peccato, absque causa irritare, quia per licentiam vel approbationem eorum, iuramentum confirmationem obtinuit, ad cuius relaxationem requiritur iurisdictio spiritualis & causa. Vnde Laici ad Episcopos recurrere debent, vt liberentur à tali iuramento. Tamen si Superior iuramentum seu votum irritauit

Cc 2

ritauit

CCLXX.

II.

*Iuramentum
subditorum
irritant
Superiores*

ritauit, etiam absq; iusta causa, licet in hoc lethaliter secundum aliquos DD. peccet, subditus minimè peccabit id iuramentum seu votum postea non exequendo, quia per talem confirmationem vel consensum non soluitur in subdito ratio subiectionis etiam in illa re, quare in fauorem obedientiæ debet inferior obedire, & imputatur culpa Superiori. Bassæ. cit. n. 36.

CCLXX.
III.

*Regulares
irritate
nequeunt
Vota Sa-
cularium.*

273. Cùm huiusmodi irritatio sit actus Dominij & non Iurisdictionis, qua solum vt delegatâ & non ordinariâ Regulares circa Sæculares pollent, non autem dominio, irritare horum iuramenta seu vota nequeunt. Chassain. de Priuil. Regul. tr. 5. c. 5. prop. 2.

CCLXX.
IV.

*Cessat iu-
ramentũ
mutatã
materiã
& com-
mutatio-
ne.*

274. Cessat aliquando iuramenti obligatio per se ex mutatione materiæ, vt si fiat illicita (nam iuramentum nõ est vinculum iniquitatis. c. Cum contingat. de Iureiur.) vel impossibilis (cùm ad impossibile nemo teneatur, c. Nemo potest. de Reg. iur. in 6.) Item commutatione in æquale vel minus etiam bonum, sed hoc saltem cum auctoritate Superioris aut alterius habentis ad hoc potestatem. In illud verò, quod certum est melius esse, vnusquisque pro suo arbitratu commutare potest; Vnde omnia iuramenta extinguntur Professione Religionis approbatæ,

probata, sicut & vota, si sunt de rebus pijs ad Deum solum facta. Si autem iuramentum esset homini præstitum & ab eo acceptatum, nõ posset in Religionis Professionem commutari; Quia est jus acquisitum tertio. *Lezan. 10. 1. c. 3. n. 7. & Nauar. l. 3. Conf. de Regular. conf. 1.* aded quoddam licet Pontifices passim absoluant iusta de causa à Voto, à Iuramento tamen, quo iuràs obligatur proximo, non absoluant nisi de consensu eius, ut ait *ibi. n. 10.* meritò idipsum extendens ad iuramentum emitti solitum in Anglorum (& suo etiam modo Germanorum) Collegio Romæ, quo iurant se post tot annos pro defensione fidei Catholicæ in Angliam profecturos, illamque ibi publicè & priuatim prædicaturos, &c. quicquid contradicat *Rodriq. 10. 3. 99. Reg. q. 10. a. 10.* asserens in Academia Salmanticensi cum consilio Sapientissimorum eiusmodi Alumnos ad Religiones conuolare, & in eis recipi & profiteri sine aliquo scrupulo; quoddam materia iurata sit causa Religionis, & sic suã naturã ostendat speciem voti, cum fiat Deo. Quæ doctrina & praxis admitti posset, si iuramentum eiusmodi seu votum spontè quis emitteret, vel merè gratis alteri quid cum iuramento promississet. *P. Polit. inc. 2. Reg. n. 21.* aut si ex aliquo contractu pars altera

Cc 3

contra-

contrahens vtrò remittat vel expressè vel tacitè, prout fortè factum est Salmanticae. Secùs autem est, si pars altera contrahens non remittat, cùm (vt rectè Nau. cit. n. 11. tradit) contractus liciti iure naturæ, diuino & humano obligent etiam Reges & Principes; Et Christus D. ipsemet multo plus commendat solutionem debiti proximo, quàm sibi & cæteris; præsertim si accedat Papalis constitutio seu confirmatio, prout fieri solet in eiusmodi Collegijs, quâ suppositâ soli Papæ reservata videtur huiusmodi iuramenti relaxatio.

CCIX.

V.

Iuramentum falsum in Iudicio Regulari Casus reservatus.

275. In casum reservatum Iuramenti falsi incidit Religiosus, quando iuridicè & legitimè interrogatur à Superiore, cui secundùm ius ad interrogata respondere tenetur, siue interrogetur vt Reus, siue vt testis, si in responsione ad similia interrogata peieret. Non foret autem casus reservatus, si Religiosus falsum iuret extra Iudicium, vel in Iudicio quidem, sed non regulari neque legitimo, veluti si examinaretur à non suo Prælato vel Iudice non legitimo: vel si peieret circa quæstionem, de qua Superior non potest illum obligare ad respondendum: vel si sit circa aliquid, de quo non interrogatur: quia tunc illud Iudicium non est legitimum, licet appareat, & ideo nec illud

illud est periculum in Iudicio verè sed appa-
renter. Bassæ. V. Casus referu. §. 5. Vide insu-
per. V. Votum. Et quoad Iuramentum De-
finitorum &c. V. Definitor.

MATRIMONIUM.

276. Scire debet Confessarius Regularis Im-
pedimēta Matrimonij propter dispen-
sationes.
277. Item aduertere, si occurrant ante Ma-
trimonium contractum. 278. Vel
postea. 279. An dubium. 280. Im-
pediens, an dirimens?
281. Impedimenta Matrimonij impediētia.
282. Dirimentia.
283. Regula cognoscendi gradus Consangui-
nitatis.
284. Regula cognoscendi gradus affinitatis.
285. Cause Matrimoniales relinquenda Epi-
scopis.
286. In quibus dispenset Pontifex. 287. Epi-
scopi. 288. Regulares.
289. Priuilegium dispensandi ad pesendum
debitum matrimoniale.
290. In petitione Dispensationis exprimenda
impedimenta & causa.
291. Explicanda species, gradus & numeri.
292. Coniunctim.
293. Causa dispensandi generales & speciales.